



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

II. De condemnatione Callisti, Victorini, Hippolyti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

scopi, & Siluester Episcopus, Pontifex vrbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & postea Christianus, præfectus vrbis. Dicit autem Siluester Episcopus vrbis Romæ rationem hanc: Audite me fratres & coepiscopi, & vniuersus ordo Ecclesiæ Romanæ, quoniam bonum est, vt fixas cortinas habeat Ecclesia, vt regia Ecclesiæ non vaticinentur, sed sit firma, & claudat ostium propter persecutorem, & habeat firmum murum, vnde expugnet aduersarios.

CAPVT II.

Cognitum loquor, & probo Calistum & Victorinum, qui arbitrio suo fecerunt creaturam, & Iovinianum, qui in sua extollentia dicebat, non Pascha venire die suo, nec mensẽ, sed decimo Kalendaras Maii custodire. Ego enim (sicut lex memorat) in vestro iudicio commendo sermonem, vt introducantur hi tres quidem primo arbitrio Calisti damnari corroboretur examen, qui se Calistus ita docuit Sabellianum, vt arbitrio suo sumat vnam personam esse Trinitatis. Non enim coæquante Patre & Filio & Spiritu sancto Vi-

Siluester Episcopus, Pontifex vrbis Romæ. Erat enim ibi & Calphurnius, qui primo gentilis, & postea Christianus, & præfectus vrbis. Dicit autem Siluester Episcopus vrbis Romæ rationem hanc: Audite me, fratres & coepiscopi, & vniuersus ordo Ecclesiæ Romanæ: Quoniam bonum est, vt fixas cortinas habeat Ecclesia, vt regia Ecclesiæ non vacilletur, sed sit firma, & claudat ostium propter persecutorem, & habeat firmum murum, vnde expugnet aduersarios.

CAPVT II.

Cognitum loquor, & probo Calestum & Victorinũ, qui arbitrio suo fecerunt creaturam, & Iouianum, qui in sua extollentia dicebat, non Pascha venire die suo, nec mensẽ, sed 10. Kal. Maii custodire. Ego enim sicut lex memorat, in vestro iudicio commendo sermonẽ, vt introducantur hi tres quidem primo arbitrio Calistus dånari corroboretur examen, qui se Calistum ita docuit Sabellianum, vt arbitrio suo sumat vnam personam esse Trinitatis. Non enim coæquante Patrem & Filium & Spiritu sancto. Victorino itaque præcipue præful regionis antistes, qui

ANNO
CHRISTI
324.

Victorinum ita præcipue religionis antistitis, qui in sua ferocitate, quidquid vellet, affirmabat hominibus, & cyclos Paschæ pronuntiabat fallaces, vt hoc quod constituit decimo Kalendas Maii custodiri, vestro sermone, sicut veritas habet, cessetur, & vestro iudicio condemnentur, & filiorum nostrorum Augustorum præcurrat auctoritas ad condemnandum Victorinum Episcopum. Damnauit autem Hippolytum diaconum Valentinianistam, & Calistum, qui in sua extollentia separabat Trinitatem, & Victorinum Episcopum, qui ignorans lunæ rationem, sub arbitrio sui tenacitate derumpebat veritatem, & præsentia Episcoporum supradictorum & presbyterorum damnabit Hippolytum, Victorinum, Calixtum, & dedit eis anathema, & damnauit eos extra vrbes suas.

CAPVT III.

Postea autem fecit gradus in gremio Synodi, vt non presbyter aduersus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non exorcista aduersus acolythum, non lector aduersus exorcistam,

Concil. Tom. 2.

in sua ferocitate quidquid vellet hominibus, & cyclos Paschæ pronuntiabat fallaces, vt hoc quod constituit 10. Kal. Maii custodiri, vestro sermone, sicut veritas habet, cessetur, & vestro iudicio condemnentur, & filiorum nostrorum præcurrat auctoritas condemnandum Victorinum Episcopum. Et introierunt omnes, vt suo sermone damnarentur in iudicio. Dānauit autem Hipolitum diaconum Valentinianistam, & Calistum, qui in sua extollentia separabat Trinitatem, & Victorinum Episcopum, qui ignorans lunæ rationem sub arbitrio sui tenacitate disrumpebat veritatem. Et præsentia Episcoporum supradictorum & presbyterorum, aliorumque graduum, damnauit Hipolitum, Victorinum & Calistum. Et dedit eis anathema, & damnauit eos extra vrbes suas.

CAPVT III.

Postea autem fecit gradus in medio Synodi, vt non presbyter aduersus Episcopum, non diaconus aduersus presbyterum, non subdiaconus aduersus diaconum, non acolythus aduersus subdiaconum, non exorcista aduersus acoly-

V